

3  
I  
A

VITA, OPERA, ET PROFESSIO MAGI  
STRI DVRANDI.



DVRANDVS A SANCTO PORTIANO

familia prædicatoria, doctor tū ingenio insignis, tum in-  
ter theologos omnes, qui pro sacris dicam literis disputa-  
runt, facile habitissimus, & ad diuinæ veritatis cognitionē  
prior, quæstionum ac dubiorum (quæ saltē Sensus M.  
Petri Lombardi delitescunt) ceteris nunquam dementiens  
acerbus diloricator. Meldensis antistes hic fuit, nō desunt  
tamen qui præsulatum Aniciensem prius occupasse hunc  
dicant: fuit & Apostolicus penitentiarius. Totus a puerili  
toga sese literis mactauit, in diuinis siquidem scripturis studiosus, atq; in Phi-  
losophia seculari non infimè doctus, ingenio promptus, & clarus eloquio. Decla-  
mator sermonū egregius ita apprime eruditus euasit, vt ingenii sublimitate, non  
hui modo seculi autores superauerit, sed & præcorum æquauerit magnitudinem.  
scripsit multiuiga, nec aspernanda volumina, quibus nomen suum posteris fa-  
migerauerit, Videlicet.

Opus primum super sententias Petri Lombardi.  
Secundum opus in easdem. Opus quidem exactissimum quod præ manibus est:  
Quolibetha.

Opuscula de legibus, & de origine iurisdictionum.

Summam notabilem.

De instructione cleri.

Sermones.

Claruit sub Ioanne vigesimo secundo Pontifice maximo, ordinem tunc prædica-  
torum moderante fratre Herueo natali, ex minori Britannia oriundo, Circa annū  
domini Millesimum, ccc. decimum octauum. Qui quidem Herueus, non imparis  
ingenii Durādum scriptis adorsus est, eo quod Diuum Thomam Aquinatē in  
hoc opere incesſu uerit.

Eius etiam tempore claruerunt Durandus senior, & Nicolaus Treueth, ex maiori  
Britannia, eiusdē ordinis, qui complura non indigna laudibus scripserunt. Eius-  
dem præterea Durandi tempore, Ioannes vigesimus secundus, Diuum Thomam  
Aquinatē sanctorum Cathalogo non immeritum inscripsit.

Quæ i hoc digna opere notatu cognouimus, indiciario numero duplici par fuit  
signare: Prior folium, alter vero, solo puncto determinante sequēs, columnam  
monstrabit, sic vt te paucis morer Vale.